ac praestantissimum Iuvem cum famulis occidisse?
O Angeli pacis moritur Deus? moritur DEUS, non
Vox, non latera, nullum sententiarum, Verborumque genus
huius argumenti dignitatem sustinere queunt, opus
silentio, mentis contemplatione, excessu. Quid ergo
afferam? nihil praeterea, moritur Deus, tota rerum con,
tremiscente, ac repugnante natura, et moritur propter
Hominem. Addam aliquid, si ita loqui fas est admirabilis.
JESUS DEUS qui profuit plus Unus omnibus, quam omnes
Uni, qui nostram non modo causam Ut Sponsor, non modo
personam Ut reus, sed Vicariam quoque mortem suscepit,
Ut nocens occiditur propter Hominem, et per Hominem
Vivit auctor parricidii? Obstupescite coeli, et solem Verum
colucere pudeat, quo die aeternus sol obscuratur. Ecce
deficit et ipse, Ut quondam ad Thyesteum scelus defecit,
erubescit, pullatus est, luget, Lunam pro Velamento ob,
tendit. Et deficio et ipse; Deficite Auditores cum defi,
ciente sole; Deficit Sol Iustitiae, et Lux deficit ille, quia
deficio ipse: quid possum Ultra? non possum Ultra, luctar,
bor tamen. Contremiscite campi, nam et is de pati,
bulo contremiscit, cuius ponderibus stabilitas Vestra
libratur. Conscindere templi Velamen augustissimum
conscisso iam eius corpore qui mysteria tuis operta
penetralibus foris sua nuditate nudavit. Emollescite